De venditione.

9. Idem A. & Philippus C. Faustinæ.

LOcum quidem religiosum distrahi [1] non posse manifestum est: verum agrum purum [2] monumento cohærentem [3] profani juris esse: ideoque efficaciter venundari, non est opinionis incertæ. PP. 6. Kal. Decemb. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

De translatione corporis.

10. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Aquilianæ.

SI necdum perpetuæ [4] sepulturæ corpus traditum est: translationem [5] ejus facere non [6] prohiberis. PP. 8. Id. Feb. DIOCLETIANO IV. & MAXIMIANO III. AA. CONSS. 290.

De supplicio affectis.

11. Iidem AA. & CC. Gaudentio.

OBnoxios [7] criminum digno supplicio subjectos sepulturæ tradi non vetamus. PP. 8. Id. April. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

Ne reliquæ intra civitatem condantur.

12. Iidem AA. & CC. Victorino.

MOrtuorum reliquias [8], ne sanctum [9] municipiorum jus polluatur, intra [10] civitatem condi, jampridem vetitum est. PP. 3. Kal. Octob. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

Collatio sepulchri familiaris, & hereditarii.

13. Iidem AA. & CC. Dionysio.

JUs sepulchri tam familiaris [11], quam hereditarii [12], ad extraneos etiam heredes: familiaris autem ad familiam, etiam si nullus ex ea heres sit, non etiam ad alium quemquam, qui non est heres, pertinere potest. S. 3. Id. Novemb. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De translatione reliquiarum.

14. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio PP.

NEmo humanum [13] corpus ad alium [14] locum [sine Augusti [15] affatibus] transferat. Dat. 3. Kal. Mart. *Constantinop.* HONORIO NOBILI PUERO & EVODIO CONSS. 386.

In solo Aureliani libro manuscripto notatur hic deesse Græcam constitutionem, quam ex Basilicis edidit Cujac. lib. 11. observ. cap. 21.

15. 16.

IN nullo quopiam loco vectigal [17] ab aliqua persona pro corporibus ex uno in alium locum translatis præstetur.

1 *L. 2. in fin. S. eod.* 2 Purus ager quid sit, vid. *l. 2. §. 4. ff. eod.* adde Cujac. 10. *obs.* 37. 3 *L. 4. C. S. eod.* 4 Seu æternæ sedi. *l. 40. ff. eod.* 5 *D. l. 40. l. 1. l. 2. ff. de cadaver. punit.* nisi damnatos majestatis. *d. l. 1.* Jure Gallico hæc lex servatur, teste Rebuff. *in præm. const. gloss. num.* 54. 55. 8 Reliquiæ mortuorum *hic* corpus. Paul. *l. sent. 21. §. 2.* Græci λείψανον, *l. 3. S. de sacr.* ossa. *l. 8. ff. eod.* cineres, *d. l. 1. in fin.* Reliquiæ etiam dicuntur. *l. 42. l. 44. in fin. ff. hoc. tit.* ut & reliquiæ. *l. 30. ff. famil. erciscæ. l. 27. ff. de cond. Inst.* Animalia bruta habent etiam suas λείψανα, *l. 53. S. 5. ff. de leg. 1.* Neutra significatione. Reliquiæ sunt simulachra. De ossuario dixi *ad l. 2. ff. de sepulch. violat.* 9 Corpus in civitatem inferri non licet, ne sacra civitatis funestentur: qui contra fecerit, extra ordinem punitur. Paul. *l. sent. 21. §. 2. l. 6. C. Theod. de sepulchr. violat.* Virgilius 11. *verf. 205. &c.* & corpora partim, Multa virum terræ infodiunt, avectaque partim Finitimos tollunt in agros, urbique remittunt. Cic. *de legib.* hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve urito. Idem venit Anconitanis Pius, *teste Spartiano.* Idem servatum apud Athenienses, ut refert Sulpitius *apud* Cic. 4. *epist. de M. Marcello loquens.* Eadem pene de causa Plato 12. *de legib.* vetuit sepulchra in loco fœcundo & ad culturam apto poni. Nobis Christianis non in urbibus modo, sed & in templis plus etiam sepulturæ est. 10 Paul. *d. loco.* 11 *L. 5. ff. eod.* 12 *L. 5. 6. ff. eod.* 13 Humatum. *l. 7. C. Theod. de sepulchr. violat.* 14 *L. 10. S. eod.* 15 Vel pontificum. *l. 8. ff. eod.* hæc autem inclusa desunt in *l. ult. C. Theod. de sepulchris violatis:* ex qua hæc lex sumpta est. 16 Latina interpretatio.
17 Vectigal pro corporibus ex uno loco in alium translatis observa. Hujus vectigalis meminit lex 37. *ff. eod.*

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
REPETITÆ PRÆLECTIONIS,
LIBER QUARTUS.

TIT. I.
DE REBUS CREDITIS [1], ET JUREJURANDO [2].

An causa retractari possit perjurii prætextu.

1. Imp. ANTONINUS A. Herculiano.

CAusa [3] jurejurando ex consensu [4] utriusque partis, vel adversario inferente, delato & præstito, vel remisso [5] decisa: nec perjurii [6] prætextu retractari potest: nisi [7] specialiter [8] hoc lege excipiatur [9] PP. 15. Kal. Jul. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 223.

Perjurio pœna quando imponatur.

2. Imp. ALEXANDER [10] A. Felici.

JUrisjurandi [11] contempta religio satis [12] Deum ultorem habet [13]. Periculum autem corporis [14], vel majestatis crimen secundum constituta [15] Di-

1 Hæc tituli particula generalis est ad sequentes aliquot, nec tamen hic tractat de rebus creditis, sed de jurejurando, nisi dixeris, jusjurandum credi ri speciem esse. *arg. l. 2. in fin. ff. de rebus creditis.* & ita conceptus est *Tit. 1. lib. 2. apud* Paul. *sentent.* 2 Jurejurando lites decidi tur, tam in actionibus in rem quam personam. Paul. *dict. loco. §. 4. Instit. de except. 12.* *D. 2. & 22. Eclog. 5. & 1.* Harmenop. 7. *& 2. Decret. 24. & 2. Sext. 11. & 2. Clement. 9. & 22. quæst. 1.* Ferrar. *in forma juramenti quod præstatur a parte parti 16.* Oldendorp. *classi. 1. act. 9.* Jusjurandum quid est? fidei atque religionis exhibitio. *l. ult. J. de fidejcomm. liberi.* Deum testem & vindicem perjurii vocare. Juramentum an semper servandum sit, vid. apud Socin. *reg. 206. l. ult. J. de non numerata pecunia.* de observata cuitoditaque apud Romanos jurisjurandi sanctimonia. vid. Gell. 7. *c. 18.* 3 *Synopf. Basil. 22. tit. 5. c. 40.*
4 *22. Eclog. 5. c. 40.* 5 Remissum jusjurandum pro prætito habetur. Paul. 2. *sent. 5. §. 3.*
6 *L. 21. ff. de dolo mal.* 1. Harm. 7. 7 Quid si statuto caveatur jusamento alicujus stari? valere juramentum quidam putant: sed tamen probationes in contrarium admitti: verum ea de re videndus est Socinus reg. 380. 8 Puta favore ultimæ voluntatis. *l. ult. J. eod.* Idem dicendum, si juratum fuit solo judice deferente, adversario non petente. *l. 31. ff. eod.* adde quæ scripsi *ad l. 17. J. de contrab. empt.* 9 *Sub.* ut retractetur. Igitur juramenti gratiam lex facere potest. adde *l. ult. ff. quis fatisd. l. 38. in pr. ff. ad municip.*
10 Similis Alexandri ejusdem *lex S. famil. erciscæ. & l. 2. J. ad leg. Jul. de adult.*
11 Per Deum fcil. concepti, non per salutem Principis, ut dicam J. Goth. Vid. Cujac. *lib. 2. observ. 19.* Duaren. *ad tit. de rebus credit. cap. fin. & ad tit. de jurejurand. cap. fin.* Fachin. *lib. 1. controv. cap. 14.* Ans. Adde Joann. Robert. *lib. 2. Supplus. cap. 20.* Menoch. *de arbitr. judic. lib. 2. cap. 319. S. L.* 12 I. Harmen. 7. Imo non satis. *l. ult. ff. de crim. stellion.* folve: ibi itellionatui pœna imponitur, non periurio. Vid. Cujac. 2. *obs. 9.* 13 Harm. *ibi.* Hinc Tiberius apud Tacit. *lib. 1. Annalium:* Deorum injurias diis curæ esse. 14 Satis diferrim ingem hanc explicat Gothofredus: præter quem vide Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. cent. 4. cas. 319. n. 13. 21. 23. & 28.* Torell. de Prat. *cons. 41. n. 2. inter consil. crim. vol. 1.* Joan. Robert. *lib. 2. sent. jur. cap. 20.* Mod. 15 *L. 13. S. ult. ff. de jurejur.* 16 Severi & Caracallæ. 17 Κατὰ ἐκκλησίας, Harmen. *ibid.* per geniam Principis. *l. 13. in fin. ff. ad jurejur.* Jurabant per Genium Principis Gentiles. *l. 5. dno. 13. in fin. ff. de jurejur.* Tertull. *ad Scapulam & 28. Apologet.* aut quod tamidem ὀμνύειν τὸ κυριεύειν. Dion. 44. Arrian. Epictet. *lib. 4. cap. 1.* Ionius, 16. *antiq.* 16. Christiani per salutem Principum, at non per genium. Eusseb. *hist. 14.* quod falsus augustior sit genio. Tertull. *Apologet. cap. 32.* adde *l. si quis major. 41. S. de transact.* sane qui pejerasset, jurans per genium Principis, Tiberio crimen non fuit. *Dion. 57.* Contra crimini Cajo fuit, non juralle per genium Principis. Sueton. *in ejus vita, cap. 27.* qui & autor fuit, ut omnibus juramentis hoc adderetur: Neque me liberosque meos cariores habeo, quam Cajum & sorores ejus. Sueton. *in Cajo, cap. 13.* Dion. 18.
18 Salutem: scriptum fuisse videtur *Genium*, idque mutavit Tribon. 19 Calori ignovit, & alio adhuc rescripto idem Alex. *l. 4. J. ad leg. Jul. de adult.* Calor, est inconsultus animi motus. *l. 9. in princ. ff. de publican. & vect. l. 22. in fin. ff. ad l. Jul. de adult. l. 7. in fin.* 20 Super causa status potest jusjurandum deferri. 6 Id est, judicis dati. vid. *l. 2. §. de judic. l. 2. in fin. §. de pedaneis. jud. v. l. 2. J. de libertis & eorum.* 7 Vid. *l. 4. J. si aliena res pign.* Goth. Explicationem hujus legis vid. apud Leoninum *emendat. lib. 3. c. 12. n. 2. Ans.* 8 Vid. *l. 3. §. 3. in fin. ff. de jurejur.* 9 Jurejurando delato, reus defert Principem ut jurare, vel solvere, vel remittere. *Syn. Basil. 22. tit. 5. c. 48.* Quid si ipse actor de calumnia prior jurare nolit? reus jurare non cogitur. *l. 9. J. eod.* quippe is, qui jusjurandum defert, prius jurare de calumnia hac formula cogitur, ὅτι καλῶς ὡς συκοφαντῶν σε, δίκαιον λαβεῖν παρὰ σὺ τὸν ὅρκον, ἀλλ' ὡς νομίζων δικαίως ἐνάγειν· hoc est, juro me non calumniose jusjurandum exigere, sed quod jure me putem experiri. *Syn. Basil. 22. tit. 5. c. 48. 1. Harm. 7. §. 6.* unde apud Paul. legimus 2. *sent. 1. §. 2.* Jusjurandum deferre prior actor potest, contrarium autem de calumnia jusjurandum reo competit. *add. l. 34. §. qui jusjurandum. 4. & l. si non fuerit. 37. ff. de jurejur.* 10 Ex jusjurandi manus quiddam est, quam res judicata. 22. *Ecl. 5. c. 1.* 11 Ex juramento nascitur actio in factum; de qua vid. Oldendorp. *classi. 1. act. 9.* nisi super aliquo tacto nominatim est juratum, pura vendito; tunc enim competeret utilis venditi. *l. 13. §. 3. ff. de jurejur.* Goth. vid. in hanc leg. Joan. Zanger. *de except. part. 2. cap. 5. num. 96. Ans.* 12 Dixi *ad l. 1. §. eod.* ex Paul. 3. *sent. 1. §. 2.* 13 Qui defert jusjurandum, prius de calumnia jurat. *l. 34. §. 4. l. 37. ff. eod. l. ult. J. de fidejcommiss. d. §. 2.* vid. *l. 1. §. de jurejurando. propt. calumn. l. 11. §. 1. & 2. ff. rer. amotar.* Remittitur tamen quibusdam personis, puta patrono, non liberto: ob jusjurandum manus fœudalibus tam vasallo, quam domino. vid. Cujac. 4. *feud. 36. fol. 548. 2. feud. 33. §. 1.* 14 *L. 34. §. 6. ff. de jurejur.*
15 Cui defertur juramentum, tenetur jurare, vel referre. 16 Adde *l. 4. §. ad exhib.*
17 *L. 3. §. eod.* 18 Jusjurandum inopia probationum tibi defuli: nactus alias probationes, delationem jurisjurandi a te nondum præstiti, revocavi, quæritur an fecundo non liceat ad jurisjurandi delationem confugere? non licet. *Synopf. Basil. 22. tit. 5. cap. 50. 1. Harm. 7. §. 7.* 19 Vide *l. 75. ff. de reg. jur.* 20 Iniquum est hoc casu ὀμνύοντας τῶν πολλῶν κατηδέστερον πολλὰ ἢ τὸν ἕτερον ἀπορρήτων, ob desperatas alias probationes, ad jurisjurandi religionem denuo confugere. *Synopf. Basil. cod. c. 50.* 21 Jusjurandum delatum, necdum præstitum, is qui detulit revocare potest ἐως ὅτε ἀπόρρητα ἐξόδῳ ἐπιτέλεσται ὁ ὅρκος. quousque sententia lata fuerit, quæ jusjurandum præstare jubeat. Igitur non post sententiam aqua

De Fideicommisso.

5. Iidem AA. & CC. Juliano.

CUm etiam [1] pupillorum tutoribus, velut ab ipsis pupillis relicta fideicommissa videantur [2], super fideicommissis Præses [3] provinciæ cognoscet: &, si id tibi relictum esse constiterit, reddi tibi efficiet. Idem, si inficietur, ad jusjurandum (ut desideras) tutorem adiget. 4 PP. 4. Kal. Decemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De generis & ingenuitatis quæstione.

6. Iidem AA. & CC. Bessio.

CUm proponas partibus placuisse, jurisjurandi religione, generis [5] & ingenuitatis quæstionem decidi: Præses provinciæ juxta decretum arbitri [6] ad voluntatis vestræ placitum amitæ tuæ filiis consulet. PP. 5. Id. Februar. TIBERIANO & DIONE CONSS. 291.

Ne alteri per alterum præjudicetur.

7. Iidem AA. & CC. Eutychianæ.

NEc filius [7], nec quisquam alius [8], nec litigando, nec paciscendo, sed neque jusjurandum citra voluntatem dominæ rei deferendo, præjudicium ei facere potest. Unde si citra mandatum tuum aliquid erga rem tuam filius tuus gessit, nec hoc ratum habuisti, nihil tibi obest. S. Idib. Novemb. AA. & CONSS. 293.

De actione & jurejurando actoris.

8. Iidem AA. & CC. Alexandro.

ACtori [9] delato, vel relato jurejurando, si juraverit, vel ei remissum sit sacramentum, ad similitudinem [10] judicati in [11] factum actio competit. S. 12. Kal. Maji, CC. CONSS. 294.

De conditione jurisjurandi reo delata.

9. Iidem AA. & CC. Martiano.

DElata [12] conditione jurisjurandi, reus (si [13] non per actorem, quominus de calumnia juret, steterit) per judicem solvere [14], vel jurare, nisi [15] referat jusjurandum, necesse habet. S. 5. Kal. Maji, *Sirmii*, AA. CONSS. 299.

De deposito.

10. Iidem AA. & CC. Protogeni.

IN actione etiam depositi [16], quæ super rebus quasi sine scriptis datis movetur, jusjurandum ad exemplum cæterorum bonæ [17] fidei judiciorum deferri potest. S. 5. Kal. Decemb. CC. CONSS. 300.

De revocatione jurisjurandi.

11. Imp. JUSTINIANUS A. Demosth. PP.

SI quis jusjurandum intulerit, &, necdum eo præstito, postea (utpote sibi allegationibus abundantibus) hoc revocaverit: sancimus [18] nemini licere penitus iterum ad sacramentum recurrere, (satis enim absurdum est redire [19] ad hoc, cui renunciandum putavit, & cum [20] desperavit aliam probationem, tunc denuo ad religionem convolare) & judices nullo modo [eos] audire ad tales iniquitates venientes. † Si quis autem sacramentum intulerit, & [hoc] revocare maluerit, licere quidem [ei] hoc facere, & alias probationes, si voluerit, præstare: ita [21] tamen, ut hujusmodi licentia usque [22] ad litis tantummodo terminum ei præstetur. Post definitivam autem sententiam, quæ provocatione suspensa non fit, vel quæ, postquam fuit appellatum, corroborata fuerit: nullo modo revocare juramentum, & iterum ad probationem venire cuiquam concedimus: ne repetita lite, finis [23] negotii alterius causæ fiat exordium. Dat. 15. Kal. Octob. *Chalcedone*, DECIO V. C. CONS. 529.

Jusjurandum ad decisionem litis quando præstandum. 1. De jurejurando præstando, vel referendo. 2. De procuratione; si quis juvare noluerit. 4. De absentibus. 5. De loco & forma jurandi. 6. De priorum legum confirmatione.

12. Idem A. Demostheni PP.

GEneraliter de omnibus juramentis, quæ in litibus offeruntur vel [24] a judice vel a partibus, definiendum est. Cum enim jam increbuit judices in pleniffima definitione sacramentum imponere: evenit, ut provocatione lite suspensa [25], hi quidem, qui jusjurandum præstare jussi sunt, ab hac forte luce subtrahantur, probationes autem rerum cadant [26]: cum [27] multum [28] discrepet juramentum hereditarium [29] a principali [30] sacramento. Necessitate itaque rerum coacti, & probationibus pinguius subvenientes ad hujusmodi venimus sanctionem. Omne igitur juramentum, sive a judicibus, sive a partibus illatum, vel in principio litis, vel in medio, vel in ipsa definitiva sententia, sub ipso judice [31] detur, non expectata vel ultima definitione, vel provocationis formidine. §. 1. Sed juramento illato, cum hoc a partibus factum fuerit, & a judice approbatum [32]: vel ex auctoritate judicis cuicunque parti illatum: si quidem is cui imponitur sacramentum, nihil ad hoc fuerit reluctatus, hoc præstetur, vel referatur: necessitate ei imponenda, cui jure refertur, relationis sacramentum subire: vel si hoc recusaverit, quasi illato sacramento præstito, causa [33] vel capitulum [34] decidatur, nullo loco provocationi relinquendo. Quis enim ferendus est ad appellationis veniens auxilium in his quæ ipse faciendo procuravit? §. 2. Sin autem is, cui sacramentum est illatum, vel a parte, vel a judice, hoc subire minime voluerit, licentiam quidem habeat sacramentum recusare: judex autem, si hoc omnimodo præstandum existimaverit [35], sic causam dirimat, quasi volentæ eo sacramentum sit recusatum: & ita cætera sive capitula, sive totius negotii summa examinentur, & lis suo marte percurrat, nullo ei obstaculo obviante. Ipse autem qui sacramentum sibi illatum dare recusaverit: vel hoc attestetur, vel, si forte non audeat, habeat [36] sibi in ultima [37] provocatione repositum auxilium, & si judex appellationi præfidens, *bene quidem illatum jusjurandum, non rite autem recusatum* pronunciaverit: res secundum quod judicatum est, permanebit. Sin autem *non rite quidem illatum, recte autem recusatum sacramentum* pronunciaverit: tunc ei licebit emendare [38] sententiam judicis, quæ quasi ex recusato sacramento processit, & nihil penitus nec præjudicii, nec injusti dispendii [39] cuicunque incurret: sed & causæ cursus ab initio usque ad noviffimum terminum non impeditur, & lis æqua lance trutinabitur. §. 3. Sive autem illatum juramentum præstitum fuerit, sive recusatum, ipsi parti, quæ hoc intulit, nullum [40] provocationis remedium in hoc reservabitur: cum nimis crudele est, parti quæ hoc detulit, propter hoc ipsum, quod judex ejus petitionem secutus est, superesse provocationem. §. 4. His de præsentibus [41] personis statutis, nec absentes nos fugiunt, sed etiam eos huic legi subjugamus: & si persona præsens non inveniatur, cui sacramentum illatum est, lite forte per procuratorem ventilata, necesse est, vel ipsam principalem personam datis certis induciis [42] ad judicem venire, ut ea quæ de sacramentis statuta sunt, impleat; vel (si judex existimaverit) in provincia [43] ubi degit, sub actorum testificatione juramentum ab ea vel dari, vel referri, vel recusari, hoc procedere: ut singulis casibus eventus jam definitus imponatur: licentia danda etiam parti alteri, vel per se, vel per procuratorem super hoc ipsum ordinatum, adesse his quæ de juramento aguntur: vel si neutrum facere maluerit, & ex una parte [44], sub fide tamen gestorum, juramentum præstari, vel referri, vel recusari: expensis propter hujusmodi causam præstandis, officio [45] judicis trutinandis, an abutraque parte, an ab altera oporteat eas dependi: nullo tamen ex hoc litibus impedimento generando: sed, donec ea procedunt, aliis vel capitulis, vel litis membris a judice examinandis: & postquam fuerint ei intimata [46] gesta super juramento subsecuta, tunc iterum ad [47] hoc capitulum judice redeunte, & eo adimpleto ad cetera perveniente: omnibus aliis quæ de præsentibus sancita sunt, & in absentium parte observandis. §. 5. In omnibus autem casibus in quibus sacramenta præstantur, observationem judicialem permanere censemus secundum personarum qualitatem [48], sive sub [49] ipso judice præstari oportet juramentum, sive in domibus [50], sive sacris scripturis tactis [51], sive in sacrosanctis oratoriis [52]. §. 6. Similique modo in sua firmitate manere, quæ de calumniæ jurejurando, vel relato sacramento legibus cauta sunt, vel a nobis, vel a retro divis principibus introducta: non enim, ut aliquid derogetur antiquioribus legibus, hæc prolata sunt: sed ut, si quid deesse eis videatur, hoc repleatur. Recitata septies [53] in novo consistorio Palatii Justiniani. Dat. 3. Kal. Novemb. DECIO V. C. CONS. 529.

1 *L. 2. ff. de rebus creditis.* 2 Relictum a tutore, relictum videtur a pupillo, de quo si dubitatur, tutori defertur juramentum, & ita tutor jurat in causa pupillo mota, *l. 20. J. de fideicommiss. l. 69. §. 2. ff. de leg. 2.* adde Cujac. 3. *obs. 27.* 2 Cum eadem mox verba repetantur *in l. 20. J. de fideicommiss.* videtur hic ex eadem scribendum & reponendum, *Relicta fideicommissa debeantur.* Mod. 3 Fideicommissa in provinciis apud Præfidem, ut Romæ apud Consulem, vel prætorem fideicommissarium petebantur. Ulpian. 25. *§. 12.* 4 Imo non adiget. *l. 4. ff. de in litem jurand.* Sed ibi de juramento in litem affectionis, hic de veritate agitur. Wesenb. ad tit. *ff. de in litem. jur. n. 4. Ans.*
5 Super causa status potest jusjurandum deferri. 6 Id est, judicis dati. vid. *l. 2. §. de judic. l. 2. in fin. §. de pedaneis. jud. v. l. 2. J. de libertis & eorum.* 7 Vid. *l. 4. J. si aliena res pign.* Goth. Explicationem hujus legis vid. apud Leoninum *emendat. lib. 3. c. 12. n. 2. Ans.* 8 Vid. *l. 3. §. 3. in fin. ff. de jurejur.* 9 Jurejurando delato, reus defert Principem ut jurare, vel solvere, vel remittere. *Syn. Basil. 22. tit. 5. c. 48.* Quid si ipse actor de calumnia prior jurare nolit? reus jurare non cogitur. *l. 9. J. eod.* quippe is, qui jusjurandum defert, prius jurare de calumnia hac formula cogitur, ὅτι καλῶς ὡς συκοφαντῶν σε, δίκαιον λαβεῖν παρὰ σὺ τὸν ὅρκον, ἀλλ' ὡς νομίζων δικαίως ἐνάγειν· hoc est, juro me non calumniose jusjurandum exigere, sed quod jure me putem experiri. *Syn. Basil. 22. tit. 5. c. 48. 1. Harm. 7. §. 6.* unde apud Paul. legimus 2. *sent. 1. §. 2.* Jusjurandum deferre prior actor potest, contrarium autem de calumnia jusjurandum reo competit. *add. l. 34. §. qui jusjurandum. 4. & l. si non fuerit. 37. ff. de jurejur.* 10 Ex jusjurandi manus quiddam est, quam res judicata. 22. *Ecl. 5. c. 1.* 11 Ex juramento nascitur actio in factum; de qua vid. Oldendorp. *classi. 1. act. 9.* nisi super aliquo tacto nominatim est juratum, pura vendito; tunc enim competeret utilis venditi. *l. 13. §. 3. ff. de jurejur.* Goth. vid. in hanc leg. Joan. Zanger. *de except. part. 2. cap. 5. num. 96. Ans.* 12 Dixi *ad l. 1. §. eod.* ex Paul. 3. *sent. 1. §. 2.* 13 Qui defert jusjurandum, prius de calumnia jurat. *l. 34. §. 4. l. 37. ff. eod. l. ult. J. de fideicommiss. d. §. 2.* vid. *l. 1. §. de jurejurando. propt. calumn. l. 11. §. 1. & 2. ff. rer. amotar.* Remittitur tamen quibusdam personis, puta patrono, non liberto: ob jusjurandum manus fœudalibus tam vasallo, quam domino. vid. Cujac. 4. *feud. 36. fol. 548. 2. feud. 33. §. 1.* 14 *L. 34. §. 6. ff. de jurejur.*
15 Cui defertur juramentum, tenetur jurare, vel referre. 16 Adde *l. 4. §. ad exhib.*
17 *L. 3. §. eod.* 18 Jusjurandum inopia probationum tibi delati: nactus alias probationes, delationem jurisjurandi a te nondum præstiti, revocavi, quæritur an fecundo non liceat ad jurisjurandi delationem confugere? non licet. *Synopf. Basil. 22. tit. 5. cap. 50. 1. Harm. 7. §. 7.* 19 Vide *l. 75. ff. de reg. jur.* 20 Iniquum est hoc casu ὀμνύοντας τῶν πολλῶν κατηδέστερον πολλὰ ἢ τὸν ἕτερον ἀπορρήτων, ob desperatas alias probationes, ad jurisjurandi religionem denuo confugere. *Synopf. Basil. cod. c. 50.* 21 Jusjurandum delatum, necdum præstitum, is qui detulit revocare potest ἐως ὅτε ἀπόρρητα ἐξόδῳ ἐπιτέλεσται ὁ ὅρκος. quousque sententia lata fuerit, quæ jusjurandum præstare jubeat. Igitur non post sententiam aqua non appellavit, non denique post sententiam ab appellationis judice confirmatam. *Synopf. d. l.*
22 Delatum juramentum, antequam fit juratum vel pronunciatum, revocari potest. *Goth.* Vid. Borcholt. *de jurejur. c. 6. n. 2.* Vincent. Caroc. *de juram. lit. decis. 5. §. 5. n. 19. & 9. 10. pr. 1. n. 3.* Ita & Jurisconsultis licet quandoque ex mutatione circumstantiarum facti responsum mutare. Cujac. *lib. 2. observ. 36. & ad African. tract. 4.* Natt. *conf. 194. num. 13. lib. 1.* Ans.
23 Id est, finis primi negotii secundæ litis exordium faciat. *Synopf. ibid.* 24 Juramentum defertur, vel a judice vel a parte. 25 Appellatione suspenditur sententia.
26 Probationum vice non funt coarctandæ. *l. quoniam. S. de hæreticis:* unde colligit Accursius *in Novell. 94. arg. Novella de testibus*, debitorem pacto vel conventione cogi non posse, ad unicam tantum probationis speciem, ut ita posit debitor quovis genere probationis, sive per testes, sive per instrumenta, sive per jusjurandum, debiti solutionem probare, neque fe ad unum tantum genus probationis astringere. 27 Juramentum heredis multum differt a defuncti juramento. *l. 11. §. 2. ff. rerum amotar.* 28 11. *Feud. 58. §. cum autur.* Coguntur tamen heredes interdum jurare, dummodo verisimiliter possunt jurare: videlicet nota eis veritate facti delundi, quam liberi, tacita quadam præsumptione, nosse intelliguntur. vide ad hunc locum Rolandum a Valle 1. *cons. 52.* adde Ancharanum 1. *quæst. 54. num. 8.* Mynsing. 1. *observ. 13.* 29 De procuratore vide *l. 2. §. 1. §. 2. J. de jurejurand. propt. calumn.*
30 Hoc est, defuncti. 31 Potest jurari etiam super re non præsente. *Salic.*
32 Delatio juramenti parti non concludit, nisi per judicem approbata sit. 33 De qua agitur se. unde colligunt: Contumacem in uno capite, non haberi pro contesto in alio. 34 Id est, articulus ille litis. 35 Contumax non habetur ipso jure pro confesto: cum ejus contumacia judicis arbitrio sit definienda. 36 Intentio non allegata in causa principali, potest in causa appellationis allegari. *Bald.* 37 In appellatione a definitiva, discutiendum gravamen interlocutoriæ. 38 Hinc illa instituta formula judicandi in curiis, & apud judices ad quos appellatur. *En emendant le jugement, &c.* 39 Sententia emendata non parit suspendium, potest tamen arbitrio judicis condemnari in expensas primi judicii, qui in prior te causa vicerit.
40 Delator juramenti non appellat. An idem in eo qui refert? Idem, omni enim juramenti relator, est delator. *Accurs.* 41 Quasi diceret, Et hæc de juramento delato, & relato inter ipsas partes præsentes. 42 Absenti certus comparendi terminus præstandus.
43 Jurari potest extra provinciam judicis, apud quem litigatur. 44 Μεροληψίας.
45 Officio judicis expensæ trutinantur. 46 Significata. 47 Dilatio pendens super uno capite, non impedit processum super alio, diverso tamen. *Bald.* 48 Juramentum ei deferendum, qui rei veritatem magis perspectam habet. vid. Mynsing. 1. *obs. 13.*
49 Jurari potest, vel in judicio, vel domi. 50 Acta ex causa possunt fieri in domo privata: hinc colligit Baldus, ægroti donantis aliquid in domo sua coram judice, donationem pro insinuata censeri. 51 Corporaliter ita juratur. 52 In Ecclesia jurari potest. vid. quæ noravi *ad l. 2. §. de sacrosanct. Eccles.* 53 Septimo. Cujac. 20. *obs. 3.* hoc quid sit, dixi *ad l. 22. in fin. §. de sacrosanctis Eccles.*

De legatis & fideicommissis.

13. Idem A. Joan. P. F. P.

CUm quis legatum, vel fideicommissum, utpote sibi relictum exigeret, & testamento forte non apparente pro eo sacramentum ei ab herede delatum esset, & is religionem suam præstassset, affirmans sibi legatum, vel fideicommissum derelictum esse, & ex hujusmodi testamento id, quod peterebat, consecutus esset; postea autem manifestum esset factum, nihil [1] ei penitus fuisse derelictum: apud antiquos quærebatur, utrum jurejurando standum esset, an restituere deberet, quod accepisset: vel, si re vera ei derelictum fuisset legatum, vel fideicommissum, an daremus licentiam heredi Falcidiam, si competat, ex hoc retinere. Nobis itaque melius visum est, repeti [2] ab eo legatum, vel fideicommissum, nullumque ex hujusmodi perjurio lucrum ei accedere: sed si verum fuerit inventum: quartæ detentionem introduci, si tamen locum habeat: ne cui ex delicto [3] impium sibi lucrum [afferre] nostris legibus concedatur, Dat. 15. Kal. Novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 532.

TIT. II.
SI CERTUM PETATUR [4].

De Ære *alieno hereditario.*

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Modestino.

NEque æquam, neque usitatam rem desideras; ut æs alienum patris tui non [5] pro portionibus hereditariis exolvatis tu & frater coheres tuus, sed pro æstimatione rerum prælegatarum [6]: cum sit explorati juris, hereditaria onera ad [7] scriptos heredes pro [8] portionibus hereditariis, non pro modo emolumenti pertinere. Quod nec tu ipse ignorare videris: cum creditoribus secundum formam [veteris [9]] juris pro portione tua caveris. Dat. Kal. Jul. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

De eo, qui nummos alienos credidit, & stipulatus est.

2. Imp. ANTONINUS A. Hermogeni.

QUamvis pecuniam tuam [10] Asclepiades suo nomine crediderit: stipulando tamen, sibi [11] jus obligationis quæsivit: quam pecuniam ut possis petere, mandatis tibi ab eo actionibus consequeris, PP. 7. Kal. Maji, MESSALA & SABINO CONSS. 215.

De his, qui officia administrant.

3. Imp. GORDIANUS A. Sempronio.

EOs [12], qui officia administrant, neque per se, neque per suppositas personas, tempore officii sui in provincia fœnus [13] agitare posse, sæpe rescriptum est. PP. 8. Kal. Septemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De pecunia absentis nomine ejus credita.

4. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS Cæs. Maximo.

SI absentis pecuniam, nomine ejus fœnori dedisti, ac reprobato nomine [14], mandatis actionibus experiris, præses provinciæ jurisdictionem suam præbebit. §. 1. Idem si cessare mandatum animadverterit, utilem tibi adversus debitorem actionem eo nomine competere non negabit [15]. Propos. 15. Kal. Mart. PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 247.

De instrumento.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Aristodemo & Proculo.

SI non singuli [16] in [17] solidum accepta mutua quantitate, vel stipulanti creditori sponte vos obligastis (licet uni [18] numerata sit pecunia) vel intercessionis nomine hanc pro reo suscepistis obligationem: frustra veremini, ne ejus pecuniæ nomine vos convenire possit, quam alii mutuo dedit, si intra præstitutum [19] tempus rei gestæ quæstionem detulistis. † Ac multo magis inanem timorem geritis, si [20] pecunia numerata, *oleum susceptum* instrumento sit collatum: cum, *si reddendi* stipulatio nulla subjecta est, & hujus rei est habita solennis contestatio, in suo statu remanente eo, quod vere factum interfuit, ex olei accepti scriptura nihil deberi manifestum est. S. 5. Non. Maji, AA. CONSS. 293.

De novatione, de instrumento simulato, de usuris.

6. Iidem AA. & CC. Nicandro.

SI ex pretio [21] debitæ quantitatis, facta novatione, per stipulationem usuras licitas ab eo contra quem supplicas, stipulatus es: falsa [22] mutuo datæ quantitatis demonstratio præmissa, cum obligationis substantia non defecerit, quominus usque ad modum placitum usuræ possint exigi, nihil nocet.

† Si vero, citra vinculum stipulationis tantum mutuam pecuniam datam conscriptum est, & ejus præstari fœnus convenit: simulatis pro infectis habitis, hujusmodi placitum nihil de præcedenti mutavit obligatione. S. 15. Kal. Decemb. AA. CONSS. 293.

De origine pecuniæ creditæ, de persona cujus nomine creditum est spectanda.

7. Iidem AA. & CC. Pactumeio.

NOn unde [23] originem pecunia, quæ mutuo datur, habeat; sed qui contraxit, si ut propriam numeravit; in hujusmodi obligationibus requiritur. S. 5. Non. Oct. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De re æstimata data mutui causa, de stipulatione usuræ illegitimæ, de pignore non idoneo.

8. Iidem AA. & CC. Proculo.

SI pro [24] mutua pecunia quam a creditore poscebas, argentum, vel jumenta, vel alias species utriusque consensu æstimatas [25] accepisti, dato auro pignori, licet ultra usuram centesimam usuras stipulanti spopondisti: tamen [26] sors, quæ æstimatione placito partium definita est, & usurarum titulo legitima [27] [summa] tantum recte petitur. Nec quicquam tibi prodesse potest, quod minoris [28] esse pretii pignus quod dedisti, proponis, quo [29] minus hujusmodi quantitatis solutioni parcas. S. 17. Kal. Januar. AA. CONSS. 293.

Si duo simul crediderint.

9. Iidem AA. & CC. Alexandro.

CUm te in Gallia cum Syntropho certum auri pondus, itemque numeratam pecuniam mutuo dedisse, ut Romæ solveretur, precibus adseveras: aditus competens Judex si duos reos stipulandi [30], vel re pro solido tibi quæsitam actionem, sive ab heredibus Syntrophi procuratorem [31] te factum animadverterit; totum debitum; alioqui, quod dedisti, solum restitui tibi jubebit. S. 15. Kal. Januar. AA. CONSS. 293.

De uno instrumento plurium obligationum, de stipulatione mutuo adjecta, de pœnitentia.

10. Iidem AA. & CC. Crispino.

EO quod a multis [32] proprii debiti singulorum obligationis uno [33] tantum instrumento probatio continetur: exactio non interpellatur. Nam si pro pecunia quam mutuo dedisti, tibi vinum stipulanti [34], qui debuerant, spoponderunt: negotii gesti pœnitentia contractum recte habitum non constituit irritum. S. 2. Non. Feb. *Sirmii*, AA. CONSS. 299.

De incendio.

11. Iidem AA. & CC. Maximiano.

INcendium [35] ære alieno non [36] exuit debitorem [37]. S. 2. Id. Febr. *Sirmii*, AA. CONSS. 299.

De his, qui in rem communem mutuati sunt.

12. Iidem AA. & CC. Theophanio.

SI in rem communem cum Ione mutuam sumpsisti pecuniam, nec re, nec solennitate verborum vos obligastis in solidum: & si eam post integram solvisti [38]: de restituenda tibi parte contra Ionem experiri, ut debitum poscens, judice cognoscente potes. S. 15. Kal. Sept. CC. CONSS. 300.

1 Negativam interdum probari hinc colligunt; qua de re dicetur ad *l.* 23. ℣. *de probat.*
2 Obstat *l.* 1. S. *eod.* quam vide & Forcatullam 18. *Cap. num.* 7. Paucis interim traditur, restitutionem adversus ea, quæ juramento non voluntario sunt dicta; dari propter species de novo repertas, *l.* 31. *ff. eodem*, l. 29. §. *de transact.* Goth. Hæc est 9. decisio ex 50. novis Justinianeis, ut videre est apud Inglois. *Anf.* 3 Lucrum ex delictis speranda, impium.
4 Petatur de chirographis. *Cod. Th. l.* 2. *tit.* 27. 12. *ff.* 1. id est, de mutuo, περὶ δανείου. 3. Harm. 5. *Inst. quib. modis re contrah. in pr.* Formulam actionis vide apud Oldendorp. *class.* 4. *act.* 17. Ferrariensem *in formula actionis hypothecariæ* 43. *ibi Mutuo.* 2. 6 Heredes retinentur ad onera hereditaria pro hereditariis portionibus, etiamsi in prælegatis sit inæqualitas. *l.* 26. S. *de pact. l.* 6. *l.* 13. S. *famil. ercisc. l.* 2. ℣. *de hered. actionib. l.* 2. ℣. *si unus ex pluribus. l.* 1. ℣. *de except. l.* 10. ℣. *de jure deliber. l.* 35. §. 1. *ff. de hered. inst. l.* 85. §. 1. *in fin. ff. de verb. obl. l.* 2. *in pr. ff. de stipul. prat.* 6 Obligatio personalis non sequitur fundum & prælegatum, ut *ff. ad SC. Trebellian. l.* 1. §. *si heres.* nec transit etiam instantia contra successorem. *cap. quia vero. de judic.* licet sint casus, ubi contrarium locum obtinet. de quibus Socinus *Regul.* 300. Mod. 7 Personalis obligatio & instantia ad heredes non tranlit: vid. Socin. *reg.* 177. 8 Hinc ratio dubitandi sumebatur. Videbatur enim dicendum ex inæquali prælegatorum quantitate, eos inæqualiter etiam tenéri. *l.* 1. ℣. *de except. l.* 20. ℣. *de jur. deliber.* 9 *l.* 12. Tabularum. 10 Qui pecuniam alienam suo nomine credit, sibi stipulando jus quæsit, quod tamen cedere tenetur. *l.* 1. ℣. *de reb. alienis non alien. adde l.* 41. *verf. sand. si stipulatus. ff. eod. l.* 6. §. 2. *ff. ad SC. Trebell.* 11 Vide *l.* 16. ℣. *de pignoribus.*
12 Ὁ ἀρχὴν ἢ ἐφεξῆς τὴν ἀναγκαίαν πράττων, qui magistratum vel officium in provincia gerit, neque per se neque per mediam personam (διὰ μέσου προσώπου) magistratus sui tempore fœnus exercere potest. *Synop. Basil. l.* 6. *tit.* 1. *ex lib.* 23. *tit.* 1. *cap.* 45. 13 ℣. 33. *ff. eod. Synop. d. loco.* Vid. *l.* 1. S. *de contrab. judic.* 14 Nomen est ipsa obligatio, ipse contractus initus. 15 Cur ita? collige *ex l.* 32. *in fin. ff. eod.* vid. Cujac. 5. *obs.* 29. 16 Hinc lex non tantum locum habet in simplici mutuo, sed & in usurario. Gaspar Roderic. *de ann. reditib. lib.* 2. *quæst.* 5. *num.* 4. Anf. 17 Numeratio in persona unius non obligat alios: nisi constituerint se reos debendi in solidum, re vel verbis, vel chirographo, vel biennium fit elapsum, vel invicem fidejusserint. vid. Molinæum *quæst.* 7. *de usur. num.* 132. & *sequent.*
18 *L.* 3. ℣. *de inutilibus stipul.* 19 Biennium scil. *verf. multum. Inst. de let. oblig.*
20 Is, cui pecunia re vera mutuata est, non tenetur ad oleum instrumento comprehensum: Talis enim mutui contractus est usurarius, & naturam mutui excedit, nisi in stipulationem oleum deductum fuerit. *ut hic. l.* 6. ℣. *eod.* est & in emptione & solutione aliud utrobique, namque aliud pro alio solvitur volenti. *l.* 17. ℣. *de solut.* 21 Ad hanc legem vid. Goed. *de contrab. stipul. c.* 3. *num.* 78. & *cap.* 8. *num.* 71. & *seq.* Guid. Pap. *hoc loco.* Leonin. *emendat. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 1. Anf. 22 Nicander majorem summam stipulatus a suo debitore, quam ei mutuassset, paulo post ab eodem ex causa summa usuras licitas stipulatur. Primus contractus usurarius est. vid. *l.* 11. §. 1. *ff. eod. l. si tibi decem* 17. *ff. de pact.* at non secundus, nisi pro ea parte quæ debitori vere numerata non fuit. Quid si usuræ pacto tantum fuerint promissæ, non ex solenni stipulatione? usuræ non debentur. *l.* 34. *ff. mandati. l.* 1. *l.* 3. ℣. *de usur.* quam nove huc attulit interpretationem Papon. non magni facio: eam tamen vide apud eundem 3. *Not.* 9. *c. de restitution de majeur. fol.* 678. 23 Potest enim esse aliena, sed & adquisita ex turpi quæstu. vid. *l.* 11. *ff. solut. matrim.* 24 Species potest æstimari & eximde converti in causam mutui, puta pecuniæ: & ita usura exigi. *l.* 11. *ff. eod. l.* 12. 23. 25. ℣. *de usur.* adde Molin. *de usur. q.* 23. *n.* 229. & 85. *n.* 559. 561. & *seq.* Et ita supellex loco pretii dari potest, & in pecuniam converti. & pro alia re quam pecunia numerata facti hujusmodi conversione (legitime tamen, cui contraria est illegitima) usuras legitimas stipulari possumus. *Goth.* Hanc leg. explicat Roderic. *de reditib. lib.* 1. *q.* 13. *n.* 25. Anf.
25 Legitime tamen & justo pretio, citra fraudem & affectum usurarium, utrumque contensum fuisse probata. *℣. eod.* alias id genus mutui contrahi a Gallis dicitur, *a perte de finance.*
26 Utilis stipulatio usuræ per inutilem non vitiatur. *l.* 29. *ff. de usuris.* nec fors. *l.* 20. *ff. de usur. l.* 26. §. 1. *verf. Si quis autem.* ℣. *de usuris.* 27 Centesima. S. *eod. l.* 40. *in pr. ff. eod.* Paul. 2. *sent.* 14. §. 2. Est autem legitima usura centesima. S. *eod. ibi, licet ultra usuram centesimam.* & hic, *legitima.* 28 Huic legendum esse *non minoris* vel *majoris*, ut sit sententiæ. & hic, *legitima.*
29 Quo, *ideo*, debitorem non ideo legitimas usuras creditori denegare, quod ei non minoris pretii pignus, debitorem non ideo legitimas usuras creditori denegare, quod ei non minoris pretii pignus dederit, quam summa ab eo accepta valeat. adde *edict. Justin.* 9. *c.* 4. nisi speciem ita genus dederit, quam summa ab eo accepta valeat. adde *edict. Justin.* 9. *c.* 4. nisi speciem ita aperte exponamus. Mutuum proprie in pecunia numerata consistit. Loco pecuniæ jumentum utriusque consensu justo pretio æstimatum datum est. Id pretium conversum est in eandem mutui & majores centesimis usuræ promissæ. Securitatis causa creditori debitor aurum dignum forte decem pignori dedit. Quæritur quid juris sit? creditor pactam sortem recte petit: at non illegitimas usuras, sed legitimas tantum. Neque juvat debitorem quod pignus dignum decem tantum dederit, ut inde colligat, se non in majorem quantitatem, quam pignus valeat, obligari. Nam non idoneum pignus dederit creditori, superest tamen ei actio, versus debitorem in id, quod superest actio, *ut hic. l.* 3. *l.* 5. *l.* 6. ℣. *de distr. pign. l.* 8. *in fin. ff. de distr. pign. l.* 28. *ff. de reb. cred. l.* 10. ℣. *de oblig. & action.* 29 Vid. *lib.* 3. ℣. *de distract. pignor,* 30 Duo rei credendi in solidum verbis, aut rei vera numeratione contituuntur. 31 Libello in eodem potest quis agere partim suo nomine, partim alieno. *l.* 3. *ff. famil. ercisc.* 32 Uno contractu possunt plurium personarum obligationes contineri. 33 Una subscriptio, unumque sigillum tabellionis potest plures contractus præcedentes, autem genus notarii obligari. Nam & non idoneum pignus dederit creditori, superest tamen ei actio, versus debitorem in id, quod superest actio, *ut hic. l.* 3. *l.* 5. *l.* 6. ℣. *de distr. pign. l.* 8. *in fin. ff. de distr. pign. l.* 28. *ff. de reb. cred. l.* 10. ℣. *de oblig. & action.* 29 Vid. *lib.* 3. ℣. *de distract. pignor,* 30 Duo rei credendi in solidum verbis, aut rei vera numeratione contituuntur. 31 Libello in eodem potest quis agere partim suo nomine, partim alieno. *l.* 3. *ff. famil. ercisc.* 32 Uno contractu possunt plurium personarum obligationes contineri. 33 Una subscriptio, unumque sigillum tabellionis potest plures contractus præcedentes, autem genus notarii obligari. 34 Pro pecunia quam mutuo dedisti, potes vinum mihi stipulanti promittere, & sic aliud solvere quam accepisti. *l.* 17. ℣. *de solut.* 35 Adde *l.* 7. *de condit. insert.* 36 Et merito. Debitor enim mutui, genus debet, quod nunquam perit. Quod in genere debetur, perire non potest. §. 2. *in verfic. Et is quidem. Inst. quib. modis re. l.* 1. §. 4. *ff. de oblig. & action.* adde Molin. *quæst.* 8. *de usur. n.* 114. Cur? Genera materiale aliquid non sunt, fed intellectuale quid, quod passionem & sic interitum non recipit. *Goth.* Vid. Ant. Fabr. *de re nummar. cap.* 2. *num.* 30. Guid. Pap. *hoc loco.* Zanger. *de Except. part.* 3. *c.* 2. *num.* 130. 166. Anf. 37 Excipe. *l.* 5. *ff. de nunt.* alias exceptiones, vid. *hic* apud Bald.
38 Qui pro alio solvit, etiam si sit ejus correus, potest ab eo repetere.

De eo, qui mutuatus est in res alienas.

13. Iidem A A. & CC. Frontoni.

EUm, qui mutuam sumpsit pecuniam, licet [1] in res alienas, creditore non contemplatione [2] domini rerum eam fœnori dante; principaliter obligatum, obnoxium remanere oportet [3]. S. 17. Kal. Novemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 300.

De eo qui instrumento subscripsit.

14. Iidem A A. & CC. Hadriano.

MUtuæ pecuniæ quam aliis dedit creditor, citra solennitatem verborum subscribentem [4] instrumento [te] non habet obligatum. Sine die, AA. CONSS. *.

Si mutuatus credidit.

15. Iidem AA. & CC. Charidemo.

NOn adversus te creditores, qui mutuam sumpsisti pecuniam, sed ejus, cui [5] hanc credideras, heredes experiri, contra juris formam evidenter postulas. S. 5. Kal. Decemb. CC. CONSS. *

De eo, qui judici, vel honorem ambienti mutuavit.

16. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Theodoro PP.

QUisquis Judici fœnebrem pecuniam mutuaverit [6], si in provincia fuerit versatus, quasi [7] emptor legum atque provinciæ, vel si quis collectarius [8] honoris pretium dederit ambienti: exilii pœna una cum ipso judice plectetur. Dat. 17. Kal. Novemb. BASSO & PHILIPPO CONSS. 410.

De chirographis.

17. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ PP.

SUper chirographariis [9] instrumentis hæc pro communi utilitate sancienda duximus: Ut, si quis pecunias credere supra [10] quinquaginta libras auri voluerit, vel super reddito debito securitatem accipere, cum amplius sit memorata quantitate; sciat non aliter debere chirographum a debitore, vel creditore recipere, quam si testimonium trium [11] testium probatæ opinionis per eorum subscriptiones [idem] chirographum capiat. Nam si contra hujusmodi observationem chirographum super pecuniis memoratam auri quantitatem excedentibus proferatur: minime hoc admitti a judicantibus oportet. Quod & in futuris creditis, vel debitorum solutionibus locum habere oportet. Dat. 10. Kalend. Junii, *Constantinop.* D N. JUSTINIANO A. II. CONSS. 528.

In AUTHENT. de instrument. causf. & fide §. oportet vero. col. 6. tit. 2. al. 3. seu Novell. 73. cap. 8.

SEd novo jure quinque testes adhibendi sunt, *si fiat ab imperito literarum contractus in scriptis, & in civitate* [12], *& excedat libram auri: nam si quis facere quemlibet contractum ex non scripto voluerit: manifestum est, quia aut per testes, aut per jusjurandum fidem percipiet, actore quidem testes deducente, pulsato autem jurante, aut referente, sicut judex disposuerit. In agris autem, quæ hactenus valuerunt apud eos, & nunc sint firma.*

TIT. III.
DE SUFFRAGIO. [13]

1. Imp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino PP.

SI [14] qui desideria [15] sua explicare cupientes, ferri sibi a quoquam suffragium postulaverint [16], & ob referendam vicem se sponsione constrinxerint: promissa restituant [17]; cum ea, quæ optaverint, consequantur: si quid eo nomine in auro, vel argento, vel cæteris [rebus] mobilibus datum fuerit: traditio sola sufficiet, & contractus habebit perpetuam firmitatem: quoniam collatio rei mobilis [18] inita, integra fide ac ratione cumulatur.

§. 2. Quod si prædia rustica, vel urbana placitum continebit: scriptura, quæ ea in alium transferat, emittatur: sequatur [& traditio corporalis] & rem fuisse completam gesta testentur: aliter enim ad novum dominum transire non possunt, neque de vetere jure discedere. §. 3. Quod si quis, dum solo commonitorio [19] suffragio nititur, bona duxerit occupanda: reus temeritatis ac violentiæ retinebitur, ac in statum pristinum possessio reducetur, eo a petitione excluso, qui non dubitavit invadere, quod petere debuisset. Dat. 3. Non. Mart. ARCADIO III. & HONORIO II. AA. CONSS. 394.

TIT. IV.
DE PROHIBITA [20] SEQUESTRATIONE [21] PECUNIÆ.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Joanni PP.

QUotiens [22] ex quolibet contractu pecunia postulatur, sequestrationis necessitas conquiescat. Oportet enim debitorem primo [23] convinci, & sic deinde ad solutionem pulsari: Quam rem non tantum juris ratio, sed & ipsa æquitas persuadet, ut probationes fecum adferat, debitoremque convincat pecuniam petituras. Dat. 6. Id. Julii, *Ravennæ*, HONORIO XIII. & THEODOSIO X. AA. CONSS. 422.

TIT. V.
DE CONDICTIONE INDEBITI. [24]

De causa judicati, de herede, de usuris.

1. Imp. ANTON. A. Mutiano.

PEcuniæ indebitæ per errorem, non ex causa judicati [25] solutæ, esse repetitionem jure condictionis, non ambigitur. Si quid igitur probare potueris patrem tuum, cui heres extitisti, amplius debito creditori suo persolvisse, repetere potes. Usuras [26] autem ejus summæ præstari tibi frustra desideras: actione enim condictionis ea sola [27] quantitas repetitur, quæ indebita soluta est. PP. 3. Kal. August. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De delegatione.

2. Idem A. Secundinæ.

SI citra ullam transactionem [28] pecuniam indebitam alieno creditori promittere delegata [29] es, adversus eam, quæ te delegavit, condictionem habere potes. PP. 14. Kalend. Januar. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De quantitate, de cautione.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Pamphilo.

CUm & soluta indebita quantitas ab ignorante repeti possit: multo [30] facilius quantitatis indebitæ interpositæ scripturæ [31] condictio competit, vel doli [32] exceptio [33] agenti opponitur. S. 3. Non. April. *Byzantii*, AA. CONSS. 293.

De his, quæ per inficiationem in lite crescunt.

4. Iidem AA. & CC. Heraclio.

EA, quæ per inficiationem in lite crescunt [34], ab ignorante etiam [35] indebita soluta repeti non [36] posse, certissimi juris est. Sed & si cautio indebitæ pecuniæ ex eadem causa interponatur: condictioni locum non esse constat. S. 5. Id. April. *Byzantii*, AA. CONSS. 293.

De herede.

5. Iidem AA. & CC. Attalo.

SI a patre emancipatus ei non intra tempora præstituta [37] jure honorario [38] successisti, quidquid indebitum postea per errorem [39] (utpote [40] patris

1 Εἰ καὶ ἐξ ἀλλοδαπῆς ἀνάγκης πραχθέντος, licet in utilitatem alterius personæ. *Schol. Synopf. Basil.* 7. *tit.* 6. S. *ex lib.* 25. *tit.* 1. *c.* 55. 2 *L.* 6. §. 1. *ff. de negot. gest.* sensus est, in mutui obligatione considerari quid contrahentes inter se egerint, non quid debitor cum tertio egerit.
3 Μὴ πρόσωπον ἀλλοτρίων πρόσωπον τὴν αἰτίαν, nobis non anxie aut curiose negotium inquirentibus. Hæc verba addit *Synopf. Basil. eod.* & 3. Harmen. 5. §. 68. ut sit sententia, cum qui mutuam pecuniam sumpserit, teneri: licet in res alienas sumpserit. Nec enim curiose hoc inquitendum esse, in quas aut cujus utilitates sumpserit, sed quis sumpserit. 4 Subscribens tantum ut testis non obligatur ex mutuo. *l.* 11. ℣. *de obligat. & action. l.* 15. ℣. *de admin. tut.* vid. *l.* 6. ℣. *de fidejussor. & mandat.* adde *l.* 12. *ff. de testib.*
5 Creditor non cogitur exigere pecuniam nomine relicto debitore experiri adversus debitorem debitoris sui. *l.* 13. ℣. *de oblig. & action. l.* 49. *ff. de condict. indeb.* 6 Hoc est, recepturus ab eo pecuniam cum in provinciam, cui præest, venerit. ut sit sensus: is, qui præsidi provinciæ fœnebrem pecuniam mutuaverit, recepturus ab eodem, ἐὰν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ὡς ἄρχοντι ἀπολαμβάνοντι, si vel cum in eam provinciam, cui præest, ipse creditor venerit, exilio multatur: ἐστιν πρόσωπον αὐτὸ γνησίως κλοπῆς ὡς ἄρχοντος *Synopf. Basil. eod. c.* 58. Quid fi δανείσῃ τὸν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς, id est, mutuum dederit nondum exilio multatur. *Synopf. d. loco.* 7 Vide quædam ad hunc locum apud Cujac. *Novell.* 8. 8 *Ibid. Basil. c. ex lib.* 23. *c.* 85. *fol.* 74. Collectarii verbo utitur Cicero *lib. de Oratore.* eiusdem *verb. fignifie.* Collectarios eos actores esse putat, quibus pro more erat in auctionibus rem quibuscumque emere, quæ illi vel ob gravitatem, vel ob debitorum procrastinationem & Senecam. adde eundem 1. *Parerg.* 24. Cujac. 10. *obf.* 14. ex Donato & Acrone, numerariis coactores, collectarios, facit minores argentarius & majores ministris & mercenariis: qui pro mercede pecunias cogisse: & quas acceperant, per partes occupasse fœneri, vel qua alia ratione cogisse. Partes κείμενοι. 9 Nota de actione si certum petatur ex chirographis. 1. *C. Theod.* 57. 10 Chirographo aut apochæ continenti summam quinquaginta libras auri excedentem non creditur, nisi tres testes adfuerint, & ei subscripserint. vid. *Novell.* 73. *cap.* 8. & *ibid.* Cujac. vid. ad hunc locum diligentissime Harmen. 1. *cap.* 6.
11 Vid. *l.* 11. ℣. *qui potiores.* vid. Harm. *d. loco. Novell.* 73. *cap.* 8. *Novell.* 90. & *ibid.* Cujac.
12 Major in contractu solennitas requiritur in urbibus, quam rure, *ut hic.* idem jus est in testamentis. *l. ult.* ℣. *de testam.*
13 *Si certum petatur de suffragiis.* 2. *C. Theod.* 29. Id innuitur. Hæc constitutione suffragium in aula unicuique eblandiri & pecunia elicere, & suffragium (modo non sit fumosum) vendere permitti, ideoque promissorem eo nomine teneri. Aliud jus ante hanc constitutionem fuit, cum foluti suffragii repetitio daretur, ut & alia constitutione Juliani. *l.* 2. *C. Theod. eod.* Nec fuit foluti repetitio, nec petitio non foluti. Ammianus 22. etiam refert Julianum tulisse legem, ne liceret quidquam dare suffragatoribus, sicque quod hic permittitur, Julianianus vetuit, *Novell.* 8. *de magistratibus non vendendis*, διὸ στέγον διδόντες, ἵνες πρόσφατοι τῶν καλουμένων *suffragiorum.* Tiberius post vetuit, *Novell.* 161. vid. Cujac. *hic:* & Duaren. 2. *disput.* 12. *l.* 2. *C. Theod.* 14 *L.* 2. *C. Theod. eod.* 15 Necessitates, interpres ad Robert. 2. *fentent.* 21. 16 Vid. Alciat. *lib.* 2. *parerg. c.* 26. & *paradox. lib.* 2. *cap.* 14. Mod.
17 Hoc eft, præftent. 18 Suffragii causa in auro, argento, & in re mobili promissum firmum eft fine ulla fcriptura, *ut hic:* quia res mobiles in fuffragiis non requiruntur, fed fola traditione firmatur. Interpres *l.* 2. *C. Theod. eodem.* ubi tamen vereor ne legendum fit, *fola convenitione.* In immobilium promiffis fcriptura neceffaria eft & traditio. 19 Id eft, fola adnotatione & fcriptura conventionis: Vincentius Lirinenfis adverfus prophanas, Obliviionis meæ gratia commonitorium mihimet paraffe fufficiet. Eodem verbo utitur Auguftinus *epift.* 120. & 158. Commonitorii formula extat apud Caffiodorum 7. *variar.* Symmachus pro eorum fuffragium interpretari fuffragium fine fcriptura promiffum feu non fcriptum.
20 Sequeftrationem ne hinc colligas omnino prohiberi: certis enim casibus para fi poteft. *quæ. appellat. l.* 7. *in fin. ff. qui fatisdare. l. fin. in fin. ff. de appellationib.* Alias præterea *novem* exceptiones adfert Ferrarienfis, quas vid. *in forma fequeftri feu laxamenti* 9. *verf. Sacrum.* 6. *Die fequeftratione poffeffionis & fructuum*, vide Ferrarienfem *in forma fequeftri feu laxamenti* 19. adde Rebuffum *tom.* 3. *tract. de fequeftris feu commiffariis rei captæ & fatisfac depoffeffores.* ibi, *la queftion des fequeftre comme eft conduite, & fequentibus.* Oldendorp. *cap.* 50. poffeffionis rei litigiofæ in tertium tranflatio. *l.* 9. §. 3. *ff. de adil edict.* Sequeftrari eft fcorfim ponere. Sequeftratio quem res litigiofa deponitur. vid. *l.* 110. *ff. de verb. fignific.* qui & a veteribus, Scuina dicebatur. 20. *Gell.* 10. 22 *L. unic. C. Theod. eod.* Goth. Vid. Goed. *de fequeftrat. c.* 1. *n.* 91. Decem exceptiones vide apud Ferrarienfem *d. loco.*
24 §. 1. *Inftit. quib. modis re. & l.* 12. *D. de* §. 52. *Feleg.* 3. Formulam hujus actionis vide apud Oldendorp. *claff.* 6. *act.* 6. Goth. Vid. ad hunc titul. & fingulas leges Guid. Pap. *Anf.*
25 Indebiti per errorem, non ex causa judicati foluti, repetitio eft. *Syn. Basil.* 52. *tit.* 3. *ex lib.* 24. *tit.* 1. *cap.* 17. *l.* 29. §. 5. *ff. mandati.* Sententia facit, ut indebitum debeatur, nec condici poffit, de quo vid. Molinæum 16. *de ufu. quæft.* 186. 26 Promutui ufuræ non debentur. vid. Cujac. 8. *obferv.* 14. Indebitum foluta promutuum eft. Promutuum ufuræ non debentur. *Goth.* Excipe, nifi is cui indebitum foluit, ex indebito quafi mutuum iis lucratus fit. Marc. *dig. novif. tom.* 3. *tit. Intereffe. c.* 14. Barbof. & Gloff. *hic.* Anf.
27 Nota quid hac actione petatur. 28 Indebitum transactionis caufa datum non eft *transactionis. l.* 78. *in fin. ff. ad SC. Trebell.* 29 Solvit qui delegat, ideoque ut indebiti foluti, ita indebite delegati condictio eft. 30 Argumentum a majori ad minus obfervat. Cui foluti repetitio eft, ejus multo magis tantum cauti condictio eft, aut petiti exceptio *l.* 31. *ff. eod.* 31 Cautiones & chirographa indebita condici poffunt. excipe quam actioni. *l.* 125. *ff. de reg.* 33 Favetur magis exceptioni.
35 Cur indebita vocant? nempe qua ipse duplicantur. vide Paul. 1. *fent.* 19. §. *ult.* quæ per inficiationem duplantur, licet indebita foluta fuerint, non repetuntur. *Synopf. Basil. tit.* 52. *cap.* 20. 36 §. *ult. Inft. de oblig. qua quaſi ex contractu.* 37 Scilicet intra annum, qui filio emancipato ad agnofcendam bonorum poffeffionem tribuitur. *l.* 1. §. *fed videndum* & §. *largius. ff. de fucceff. edict. & l.* 1. ℣. *qui admitt. ad bonor. Mod.* 38 Honorarium non fuccedente foluto repetitur. 39 Debitum hereditarium per errorem a (quafi ipfam ob fucceffionem deberet) folvit, repetere poteft. *l.* 65. *in fin. ff. eod.* Et vere